

significari in illis verbis eius sensus; de quibus imperiose subsi-  
 cit; non autem explicat quid sit hic superior. Aliqui autem  
 fit distinguunt: si regulares professionem emittant in mani-  
 bus Prelati immediati conventus, ita ut nomine ipis re-  
 cipiant professionem, poterit ille hanc licentiam concedere;  
 sed si professio emittatur in manibus Generalis totius ordi-  
 nis, vel immediatus nomine Generalis eam recipiat; tunc  
 enim solus Generalis erit eam licentiam concedere. Sic  
 Calderinus consilii 3. num. unicus. de regular. Dominicus e. c. si re-  
 ligiosus in prin. num. 7. & c. quorundam. §. volentes. num. 2. no-  
 tabili 4. Sed verus est hanc licentiam posse dare prelatum im-  
 mediatum conventus, nisi aliud in religionis illius constitu-  
 tionibus prescribitur, quod sit verus superior, cui etiam  
 religiosus ille est subiectus; & sic non est, cur hinc ea pote-  
 stas debeatur, ubi aliud non est specialiter in ea religio-  
 ne statutum. Et ideo hanc vim tenent Lupus, & Paulus e.  
 c. si religiosus, ut eos referit ibi Dominicus proximo allegatus,  
 eandem tenent Joan. And. ibi num. 2. in fin. Ancharanus ibi  
 num. 3. in fin. Francus ibi in prin. num. 1. notab. 6. & 7.  
 c. 1. ante num. 1. d. 58. Idem Ancharanus Clem. fin. num.  
 1. notab. 2. de elect. & ibi Cardin. g. 2. & 3. numer. 6. & 7.  
 imola g. 2. num. 4. Bonifac. numer. 30. & 35. Limitat hoc  
 Cardin. ut intelligatur quoad religiosos non mendicantes;  
 nam mendicantibus aut solum Generale posse concedere  
 hanc licentiam. Dicitur id probari in c. quorundam in 1.  
 respons. de elect. in 6. qui textus id nullo modo probat; tan-  
 tum enim dicitur non licere mendicantibus consentire sua  
 electioni in prelatura in discordia facta, quamvis accedat  
 consensus sui Generalis: quod non est dicere solus Gene-  
 ralis esse concedere consentienti licentiam, quando electio  
 esset concorditer facta. Et ideo dicendum est, etiam in scri-  
 ptis mendicantibus posse hanc licentiam, concedere Prelatu-  
 m immediatum conventus, nisi aliud in eorum constitu-  
 tionibus caveatur, preterquam ad prelaturas Cathedralium  
 Ecclesiarum inferiores, ad quas exigitur licentia Pontificis,  
 ut diximus, no. 33. Et quod trates Franciscanus refert Ma-  
 nue. reg. regul. tom. 2. g. 55. art. 2. privilegium Alexandri  
 III. illis concessum, ut solus Generalis, aut Provincialis pos-  
 sit illis concedere hanc licentiam.

66 Sed si petas, an simul Episcopi licentia deficeret,  
 est ita distinguendum. Si beneficium pleno iure subit mo-  
 nasterio, non exigitur auctoritas Episcopi, ut religiosus ad  
 illud promovetur, sed sufficit licentia Prelati regularis,  
 vel illius conventus: si autem non sic monasterio subit,  
 defiderat preter Prelati consentum auctoritas Episcopi,  
 ut promovatur. Sic tradunt Rosella verb. monachus, num. 3.  
 Sylvester verb. religio 7. g. 3. Anton. Cucus lib. 3. in fin. major.  
 tit. 1. num. 154. Manuel gg. regul. tom. 3. quae. 53. artic. 2.  
 Leonardus lib. 2. de iustitia, e. 41. dub. 12. num. 98. verb. ubi  
 notendum. Dicitur autem in priori membro, vel illius con-  
 ventus, quia, quoniam pertinet iurisdictioni illius Ecclesiae  
 ad solum Abbatem, tunc fiat et illius licentia, quoniam autem  
 ad ipsum cum conventu, tunc utriusque desiderabitur, ut  
 bene docent Rosella, & Sylvest. ibidem. Atque in priori  
 casu Episcopi est Regularem illum praepositum a suo Prae-  
 lato beneficio notabili examinare, & visitare, ut constat ex  
 Trident. sess. 7. c. 7. de reform. & sess. 25. c. 3. & 18.  
 de reform. nisi Prae-latus ille regularis habeat ibi iuris-  
 dictionem quasi Episcopalem: qua, cum hic actus sit iurisdic-  
 tionis Episcopalis, & non ordinis, competet ei Prae-lato  
 regulari. Nec in hoc casu loquitur Trident. ut etiam usus  
 ipse confirmat, & bene docet Leonardus ibidem.

67 In Societate IESU nequit Generalis electioni de se  
 facta in Episcopatum consentire absque licentia Societatis,  
 quam ipsa minime praestabit, sicut nec Generalis, quando  
 aliquis ex particularibus eligitur, nisi compellat praepreum  
 Pontificis, ut habeatur g. par. confusus, c. 4. §. 5. & c. 5. §. 6.  
 in fin. Quod tamen intelligendum est quantum ad Episcopos  
 quibus honor, & opes annectuntur: quippe ad acce-  
 ptandum huius delictus, & quibus non honor, sed onus,  
 non opes, sed paupertas maxima inest, quales sunt Patriar-  
 chatus; & Episcopatus Aethiopiae, & similes, possit Praepo-  
 situs Generalis Societatis licentiam concedere, ubi accepta-  
 re referret multum ad Dei obsequium: de his enim veritatem  
 illius Pauli 1. ad Tim. 3. qui Episcopatum desiderat, bonum  
 eius desiderat. Quem locum explicans D. Gregor. 1. p. pastorali-  
 bus c. 8. sic ait: Tunc invidiabilis fuit Episcopatum querere,  
 quando per hunc dubium non erat quantum ad supplicia gratiam  
 pervenire, & cum qui plebibus praerat, prius ad mortuum  
 dicebat. Quod similiter in praedictis Episcopatibus conti-  
 gunt.

68 Quod si superior religiosi non iusta causa ductus denegat  
 licentiam illi, ut sua electioni consentiat, est cogendus  
 per sum superiorum ad praedictam licentiam dandam arg. ex  
 c. nullus, de iure patron. ubi dicitur, Episcopo absque iusta  
 causa nolente consentire decimas offerri, consulendum  
 Pontificem, ut ipsum cogat. Sicque docent Gloss. c. quem sit  
 verb. ad ordinandum 28. quae. 2. Innocent. c. post translationem  
 num. 8. de statu monach. & ibi Joan. And. num. 12. Abbas nu.  
 12. Henricus numer. 5. in fin. Ancl. si religiosus num. 4. de elect.  
 in 6. & ibi Dominicus in prin. num. 9. Gambara de auctori-  
 tate legati a latere lib. 8. c. ultim. num. 23. Lambert. de iure  
 patronat. lib. 2. p. 1. quae. 7. artic. 19. num. 13. Rochus eodem

tract. verb. honorificum quae. 4. num. 13. Rosella in sum. verb.  
 monachus numer. 6. Sylvester verb. religio 7. quae. 9. Gregor.  
 Lopez l. 23. verb. Ecclesias tit. 7. part. 1. Antonius Cucus lib.  
 13. in fin. major. tit. 1. num. 154. Manuel gg. regul. tom. 3.  
 quae. 34. artic. 5. in initio, Leonard. l. 2. de iustitia e. 41. dub.  
 12. num. 97. Et quamvis Glossa, Ancl. & Gambara videan-  
 tur dicere solum necessarium Ecclesiae sufficere ad hanc con-  
 cessionem: ad dicendum id sufficere necessarium, vel utilita-  
 rem, ut bene docent Abbas, Rochus, Rosella, Sylvester, Gre-  
 gor. Lopez, Manuel, Leonardus ibidem; quia, ut iure eligat  
 religioiis satis esse necessitas, numer. 39. quare alterutra  
 concurrenti, iniuriam irrogat superior praedictam licentiam  
 denegans. Quare non est audiendus Francus e. c. si religio-  
 sus, in prin. num. 3. ad fin. ubi ait hanc totum Doctorem  
 doctrinam esse prout superfluum, & sine utilitate aliqua:  
 quia si superior noluit consentire, electus est statim ipso facto  
 privatus omni iure ibi competenti ex ea electione, & statim  
 potest ad aliam electionem procedi, ut tradit Glossa cap.  
 quam sit verb. omnino, in fin. & verb. sacrificium, de elect.  
 in 6. ac constat ex eo textu, ubi dicitur, religioiis non ob-  
 tinendi facultatem intra tempus ibi prescriptum, integrum  
 esse electoribus procedere ad aliam electionem; ac prout  
 compulsi erit vna, ac superflua. Sed responderetur, textum  
 intelligi, quando per religiois electionem fleret, eo quod ef-  
 fect in mora obmendata licentia, ac ea in ius denegata,  
 confingere ad superiores, ut compellat. Atque ita aliqui,  
 ut refert ibi Glossa verb. omnino, dicunt religiois debere  
 obtinere, quantum est ex parte sua: & licet Glossa hoc non  
 sequatur, illam tamen bene explicat ibi Dominicus §. nisi sit  
 san. num. 2. dicens Glossam vel, ut hic electus debeat in-  
 stare coram superiore, ut compellat Prae-latum consentire.  
 Quare manifeste loquitur, quando religiosus est in mora hu-  
 jus compulsionis petendo: qua iniquum esset illum absque  
 alicuius sui culpa, suo iure privari.

69 Sed rursus dubitant Doctores, quid superior Prae-latum  
 illum iniuste denegantem licentiam compellet, eamque da-  
 bit Glossa c. si religiosus, in prin. verb. abiecit, in fin. de  
 elect. in 6. dicit solum Pontificem posse hanc licentiam tunc  
 dare: quia c. nullus de suspensionibus dicitur Pontificem con-  
 sulendum; quando Episcopus iniuste denegat licentiam offer-  
 rendi decimas; & Lupus refert ibi de Dominico numer. 8.  
 dicit solum Papam posse licentiam dare, quamvis facturum  
 esse Prae-latum illum a quovis suo superiore compelli,  
 Et Dominicus ibi numer. 9. utitur hac distinctione: si consistit  
 superiorem habere iustam denegandae licentiae causam, tunc  
 nequit compelli nisi per solum Pontificem; nec alius  
 superior poterit eam licentiam dare: aut constat superiorem  
 non habere iustam causam, & tunc potest eius superior non  
 solum dare licentiam, sed etiam compellere: aut non subest  
 iusta causa respectu Ecclesiae, ad quam eligatur, quia multi  
 sunt aequi idonei, & tunc inferior Pontifici potest compelli-  
 lere, & solum Pontifex poterit dare eam licentiam, &  
 idem quando est dubium, an subest iusta causa ex parte  
 Ecclesiae. Ceterum existimo posse illius superiorem adiri,  
 ut cum Prae-latum compellat, quando iniuste denegat li-  
 centiam, & si adhuc nolit, posse illum superiorem eam  
 dare: quia ex quo Abbas est negligens in hac licentia con-  
 cedenda, potestas devolvitur ad immediatum eius superio-  
 rem; etiam in extrajudicialibus iuxta textum, & ibi no-  
 tata c. quinquaginta, de elect. in 6. & c. Romana, de sup-  
 plens, verb. vtralis, eodem lib. & c. de sententia imola  
 ibi de Dominico numer. 3. Lambert. & Rochus allegati numer.  
 praecedenti. Nec obstant c. nullus, & c. in eo specialiter ca-  
 si dicitur consulendum Pontificem: quare non est tra-  
 hendus textus ille ad alios casus.

70 Tandem, sicut Regularis nequit acceptare electio-  
 nem de se factam infimo superiorem, ita nec illi renunciare.  
 Constat ex ratione reddita in c. si religiosus in prin. de  
 elect. in 6. quia scilicet Religiosus non habet vel, aut nol-  
 le, & ita docent ibi Francus numer. 3. Anchar. ibi numero  
 ultim. Imola c. Raynaldus numer. 71. de testamento. Sed hoc  
 non credo, quia superior non potest cogere Regulares ad  
 acceptanda beneficia secularia, aut Episcopatus, ut di-  
 cemus remissive num. seq. & sic dicendum est, religioisim  
 nolle iis, in quibus non tenetur obedire. Ex quo deduci-  
 tur, solum Abbatem non posse acceptare absque con-  
 sensu Regularis ele-di; quia nequit superior efficere actum  
 respectu personam monachi, pendenteque a persona  
 ipsius voluntate, alique illius consensu, & in quo nequit  
 ipsum cogere. Sic Imola ibid. Bartholomaeus Scivinus lib. 1. nu.  
 20. ad fin. de vulgari Aretinus c. in presentia numer. 89. de  
 probat. Quia ratio nec solus Abbas potest renunciare illi  
 electioni absque monachi consensu, ut docent Imola & Bar-  
 thol. Scivinus ibidem.

71 Utrum autem possit superior obligare Regularem  
 ad acceptandum, satis diximus cum de voto obedi-  
 entiae supra egimus, ubi partem negantem approbavimus.  
 Haec autem sunt aeterni iuris antiquo dicta: nam hodie  
 nullus Regularis est capax beneficii curati absque Pon-  
 tificis dispensatione; quia ita observari videmus, & in-  
 super emanavit quaedam declaratio congregationis Con-  
 cilia Trident. cuius verba sunt haec: Sanctissimus Dominus  
 noster Gregorius XIII. voluit licentia canonice regularibus, etiam  
 de licentia sua Generalis, absque permisso summi Pontificis esse  
 sumere curam animarum etiam ad tempus, multoque minus be-  
 neficium

beneficium curatum ad tempus, & Mandatus in brevi signature  
 gratia; tit. de dispensationib. monachorum pro obtinendis benefi-  
 ciis, ait hodie non dispensari cum monacho ad beneficium  
 curatum. Et quamvis Bulla Pauli IV. Postquam divinae unitas  
 data 13. Kalend. August. anno 1558. disponens privari quibus-  
 cumque beneficiis etiam curatis Regularem, qui absque  
 Apostolica dispensatione ea obtinuerit, sit readertur per Pium  
 IV. in sua Bulla, Sedis Apostolicae solertia, sub data 3. Non.  
 Aprilis anno 1560. ad terminos juris communis: ac praxis  
 observata, quod sine Apostolica dispensatione Regulares talia  
 beneficia obtinere non valeant, praesertim flante decreto  
 Greg. XIII. ad Congregationem relato, nec etiam in com-  
 mandam.

72 Secunda principalis difficultas est, an possit Regularis  
 praefici Ecclesiae collegialii seculari, quae non habet proprie-  
 curam animarum, sed improprie, quae est illa, quam pre-  
 fectus Collegii habet in pertinentibus ad suum collegium? Et  
 quidem illi agamus de canonicis, aut alios quolibet benefi-  
 cium simpliciter, aut alia quolibet dignitate, preter supremam  
 illius Ecclesiae, fatentur Doctores utriusque sententiae alle-  
 gantur non posse Regularem absque dispensatione ad ea pro-  
 moveri, quod ea omnia sint omnino beneficia simplicia; &  
 constabit magis ex dicendis numer. 75. & 76. ubi idem dice-  
 mus de omnibus beneficiis simplicibus, & explicabimus, quis  
 possit dispensare. Difficultas autem est de suprema illius Ec-  
 clesiae dignitate. Quia posse negat, quod favore cura-  
 animarum indulgetur Regularibus, ut ad beneficia parochia-  
 lia promovere valeant, ut diximus num. 35. Ac hac di-  
 ginitate est verè beneficium simplex, nullam animarum curam  
 habens. Et haec sententia est satis probabilis, quam sustinent  
 Hostiensis sum. tit. de statu monach. §. 6. Joan. And. c. quod  
 Dei timorem, numer. 16. de statu monach. & ibi Anchar. num.  
 12. Henricus numero 9. Anavianus in fin. Calderinus (ut illum re-  
 fert Abbas numer. sequenti allegatus) Cardinalis Clem. 1. nu.  
 24. g. 27. in fine de elect. Glossa, quem refert ibi Imola num.  
 44. Bonifacius num. 65. Armilla sum. verb. monachorum num.  
 169. Subdunt autem Joan. And. & Ancharanus posse in hoc  
 casu Episcopum de consueta dispensare. Immo Hen-  
 ricus eo numer. 9. ait hodie Episcopo dispensante, tenet Gonzalez in reg.  
 3. Cancell. glossa 7. num. 31. & reg. 42. Cancell. generaliter  
 prohibente, nequam titularum beneficiorum Regularibus con-  
 cedi. Haec omnia circumstantur in reg. 8. Cancell. glossa 7.  
 73 At verius est, posse Regularem absque dispensatione  
 aliqua ad eam dignitatem promoveri, ut illi Ecclesiae colle-  
 giali praefici tanquam praepositi: quia eadem videtur esse ratio,  
 ac de Episcopo, cum eligatur ad curam eorum; qui ad  
 collegium pertinent: & sicut Episcopus cum suo Capitulo  
 constituit unum corpus, ita hic cum suo. Atque in hanc  
 partem magis inclinat Glossa Clemens 1. verb. secularis, de  
 elect. quamvis dicat opus esse Pontificae declaratione. In hanc  
 etiam inclinant Anchar. ibi nu. ultim. & tenent Joan. de Ligna-  
 & Paulus ibi, prout eos refert ibi Cardin. num. 24. g. 27.  
 dicens se ita consultiisse Florentiam, Imola numer. 46. & 47.  
 Abbas c. quod Dei timorem nu. 5. de statu monach. & ibi Cardin.  
 num. 5. g. 7. Dominicus l. fin. num. 2. d. 58. Praepositus §. praefici,  
 paulo ante finem d. 55. Setaus beneficiorum 2. part. g. 70. num. 4.  
 Rosella sum. verb. monachus nu. 4. & ibi Tabiena nu. 4. g. 3. Syl-  
 vester verb. religio 7. g. 6. Greg. Lopez l. 25. verb. Ecclesias tit. 7.  
 part. 1. Antonius Cucus lib. 3. in fin. major. tit. 1. num. 156.  
 Mandala conf. 69. num. 1. vel 2. Graffius in suis de elect. 2. p. lib. 3.  
 c. 20. n. 7. Azor tomo 1. in fin. moral. lib. 12. c. 19. g. 13. Ma-  
 nue. gg. regul. tomo 3. g. 53. art. 2. & tomo 1. g. 34. art. 4.  
 & dicit esse probabiliter, Leonardus lib. 2. de iust. c. 41. dub.  
 12. num. 99. Sed sicut hodie est correctum in curatis, ut dixi-  
 mus, 72. etiam in his, ut Gonzales ait eam glossa 7. num. 53.

74 Tertia principalis difficultas est, an Regularis sit capax  
 aliorum beneficiorum simplicium secularium? Quia di-  
 cunt eum esse capacem canonicis in Ecclesia seculari.  
 Probant ex c. Deus qui, de vita, & honestate cler. ubi suppo-  
 nitur monachos esse canonicos, nec id reprehenditur, sed  
 solum iubentur gratia vitandi conformari in habitu  
 cum aliis, & ex c. quorundam d. 74. ubi idem supponitur  
 D. Gregor. nec reprehenditur. Et ideo hanc partem sustinent  
 Hugo, quem refert, & sequitur Glossa eo c. Deus, qui in fine  
 c. 2. verb. majorum, d. 58. Mart. relatus de cura, Clem. 1. n.  
 24. g. 27. de elect. Borcardus tract. de Episcopo lib. 2. in fin. quae.  
 39. num. 67. in fine.

75 Sed contraria sententia est verissima, afferens nullius  
 beneficii simplicis secularis esse capacem Regularem. Pro-  
 batur ex Concilio Hispanis II. c. 9. & refert c. in nova actio-  
 ne 16. g. 7. ibi: in uno, eodemque officio non debet disp. esse  
 professio c. & ex D. Hieronymo ad Riparium presbyterum, &  
 refertur c. monachus, 16. g. 1. ibi: monachus non docentis,  
 sed plangenti; habet officium c. super eo, de regularibus ibi: nec  
 amplius in Ecclesia secularibus debent assumi, nec contra votum,  
 quod Deus fecerunt, venire praebentur, & ex c. quod Dei timorem,  
 de statu monach. ubi in cura animarum favore indulgetur  
 posse Regulares ad beneficium parochiale assumi: ergo secus  
 de beneficiis simplicibus, & ex c. cum de beneficio, de prob. in 6.  
 ubi dicitur virtute provisiones facte per Pontificem clerico  
 seculari de aliquo beneficio, non posse illi conferri benefi-  
 cium regulare, sed secularia: & sic videtur et contra dicen-  
 dum de beneficio seculari respectu regularis, & Clem. un.

76 de suppl. negleg. Prelati ibi: beneficia illa, quae concesserunt  
 per seculares clericos gubernari; secularibus clericis, & con-  
 ferenda. Nec obstant contraria, quia bene respondet ad ea  
 Abbas statim allegandus, Ecclesias, de quibus in illis lex-  
 tibus est sermo, fuisse regulares. Et ideo hanc partem susti-  
 nent Glossa c. quorundam ver. Spancia, d. 74. c. d. unie.  
 verb. secularibus & ibi Cardin. in prin. numer. 4. opinione 6. Ar-  
 chid. c. fin. num. unicus. d. 58. & ibi Dominicus num. 2. Ederici  
 casus conf. 129. casus talis est. Testatur num. 3. & conf. 136. fa-  
 ctum talis est, ad finem Hostiensis c. inter quatuor, in fine de re-  
 ligio, dom. & d. c. super eo paulo post prin. ubi Abbas num. 3.  
 Ancl. in fine. idem Hostiensis d. c. Deus qui, in fine & ibi Joan.  
 And. in fine. Anton. in fine Baldus in fine Abbas in fine Card.  
 enim unicus, quo de praefici Imola in fine Henr. num. pen.  
 idem Abbas c. quod Dei timorem num. 5. & 7. de statu monach.  
 & ibi Cardin. num. 7. g. 5. & Clem. 1. num. 24. g. 27. de elect.  
 & ibi Imola num. 47. Ancl. num. fin. & c. si religiosus num. 3.  
 de elect. in 6. ubi Joan. And. in prin. numer. 6. Praepositus c. praefici,  
 paulo ante finem d. 55. Felinus c. causam qua, num. 5. ad fin.  
 de iudic. Setaus beneficiorum 3. p. g. 70. num. 3. Mili in referre-  
 rio verb. beneficium numer. 9. verb. beneficia consecrata, Gambara  
 de auctoritate legati a latere, lib. 6. num. 253. c. lib. 8. c. ult.  
 num. 29. Corfuss de beneficiis 3. p. c. 5. num. 13. Rochus de iure  
 patr. verb. honorificum, g. 4. num. 13. Lambert. eodem tract.  
 lib. 2. p. 1. quae. 17. artic. 19. num. penult. & artic. 20. num. 1.  
 Angelus sum. verb. religioiis numer. 37. & verb. monachus  
 numer. 4. Sylvester verb. religio 7. g. 5. Rosella verb. monachus,  
 num. 1. & 4. & ibi Armilla numer. 4. & 5. Tabiena numer. 3.  
 & 4. quae. 2. & 3. Rebuffus praefici beneficium, tit. de dispen-  
 satione, cum regular. num. 7. Navarr. comm. a. numer. 23. in fine  
 de regular. Greg. Lopez l. 25. verb. Ecclesias tit. 7. p. 1. Covarr. c.  
 2. numer. 3. de restam. Villalobos in communibus opinionibus lite-  
 ra M. verb. monachus num. 169. Flaminus de refignat. benefi-  
 cior. lib. 4. g. 5. num. 1. & 2. Hojeda de beneficiis p. 1. quae.  
 ultima num. 96. Antonius Cucus libro 3. in fin. major. tit. 1. num.  
 156. Graffius in suis de elect. p. 2. lib. 3. c. 20. numer. 12. Emanuel  
 Sum. verb. religio, num. 32. Azor tomo 1. in fin. moralium  
 lib. 12. c. 19. quae. 13. & tomo 2. lib. 6. c. 4. quae. 42. Ma-  
 nue. gg. regul. tomo 1. quae. 34. artic. 40. & tomo 3. quae. 53.  
 53. artic. 2. Mandala conf. 69. num. 2. vel 2.

76 Nec potest Episcopus in hoc dispensare, quia nullibi  
 id illi conceditur. Atque ita docent Abbas c. super eo, num. 3.  
 de regula. Allegato Calderino, eo c. quod Dei timorem, nu. 5.  
 de statu monach. & ibi Cardin. num. 5. g. 7. Anchar. c. Deus  
 qui, in fine de vita, & honestate cleric. Gambara de auctoritate  
 legati a latere, lib. 6. num. 253. Rosella verb. monachus num. 3.  
 & ibi Tabiena num. 4. quae. 3. Armilla num. 5. Praepositus  
 Miles, Sylvester, Setaus beneficiorum, Antonius Cucus, Hojeda,  
 Corfuss, Graffius, Emmanuel Sa allegati num. praeced. Mandosus  
 in signature gentia, tit. dispensat. monach. pro obtinendis  
 beneficiis, verb. & quod beneficia consecrata, Flaminus de refignat.  
 tomo 3. quae. 53. artic. 3. Azor tomo 1. in fin. moral. lib. 12. c. 19. g.  
 13. Quare non est audiendus Staphylenus de licentia gratia tract.  
 de curis multo vacatibus in 6. vacatibus modo 3. numero 5.  
 ubi ait posse, in hoc Episcopum dispensare. Nec etiam audiendus  
 est Gambara de officio, & potestate legati lib. 8. cap.  
 ultimo numero 28. dicens posse in hoc dispensare Legatum a  
 latere. Idque ratio probat, eo quod hic sit superior exem-  
 ptus. Quae ratio nullius est momenti; debet enim  
 probari, quemcumque superiorem posse in hoc dispensare.  
 Et ideo expressè hoc ad solum Pontificem pertinere tra-  
 dunt Miles, Sylvester, Hojeda, Mandosus, Antonius Cucus,  
 Emmanuel Sa, Manuel ibid. & videtur sentire ca-  
 teri Doctores illi negantes Episcopo. Et ratio est, quia Lega-  
 tus a latere ex sua potestate ordinaria, nisi aliud ei specialiter  
 committatur, tantum potest circa dispensationes in tota  
 sua provincia, quae potest Episcopus in sua dioecesi, ut proba-  
 bimus lib. 8. de matrimonio disp. g. n. 25.

77 Hinc deducitur, minus posse Episcopum dispensare ut  
 religiosus promotus ad beneficium parochiale, habeat simul  
 beneficium simplex: quia ultra inhabilitatem ad beneficium  
 simplex, concurrebat aliud impedimentum, quod est beneficium  
 pluralitas, quia quidem in regularibus specialiter incompati-  
 biliter habet, ut dicitur in 6. vacatibus modo 3. numero 5.  
 disputata sustinent Joan. And. regul. qua a iure, n. 5. d. ius  
 in fin. de regul. iuris, in 6. c. p. si religiosus in 6. ubi  
 Ancl. n. 3. Dominicus in prin. n. 6. Francus eodem prin. n.  
 1. notab. 2. idem Dominicus c. fin. num. 2. d. 58. Graffius 2. p. de  
 cessionum lib. 3. c. 20. num. 12.

78 Nec potest Prae-latus monachum habilem facere ad duo  
 sui ordinis beneficia. Constat ex c. cum singulari, in prin. de  
 probat. n. 6. ibi Prohibemus, ne aliqui religiosi plures Priorati-  
 bus, aut Ecclesiis absque Sedis Apostolicae auctoritate praesepsumant,  
 nisi unus ex eis ab aliis dependeat, vel ad invicem sint annexi. Quare,  
 et si religiosus possit habere unum beneficium regulare, ad duo  
 habere nequit: immo nec eum unum beneficium potest simul ha-  
 bere capellam, aut pensionem, vel portionem regularem;  
 quia quodlibet beneficium est incomparabile monacho  
 cum primo. Atque idem dicendum est, etiam duo be-  
 neficia vellet habere, nisi ea beneficia dependant ab uno,  
 & eodem monasterio, quia tunc non subest diversitas,  
 fed uni soli; aut nisi essent connexa, vel unita in quibus-  
 dam, nulla est opus dispensatione, ut constat ex d. c. cum singula



translatio beneficio in alium, cessat onus. At in posteriori imponitur beneficio id onus, atque ideo in quocumque illo transit, dum pensionarius superflue est. Hoc supposito, probatur conclusio: quia est Episcopi nequenter pensiones beneficii imponere; at possunt ex justa causa imponere ipsi beneficiario, ut ex multis probat ibi Azor. Ergo similiter id poterit Abbas conferens beneficium regulare sub Abbatis obedientia, atque ex licentia tacita ipsius expediatque jus beneficii fructus potest Praelectus ex justa causa illi imponere, ut partem fructuum det monasterio, aut alii religio. Et hoc idem tamquam probabile, & rationi satis consonum admittit etiam Leonardus l. 2. de justitia cap. 41. dubio 11. num. 94. aliis verbis, ait enim: Etsi nequeat Praelectus regularis imponere pensionem his beneficiis, at ubi inferior fructus aliquos percipit, quos in suis Ecclesis, commendam non erat impensurus, non est a ratione alienum, ut Praelectus de illis possit statuerere, vel praefigere modum expendendi; quamvis dicat contrarium esse probabilius, quod non credo. Similiter bene ait ibi, ubi religio amorus fuerit, eum non habere amplius administrationem, unde si quid pecuniae secum attulerit ad monasterium, subest dispositioni Praelecti. Haec ibi.

SUMMARIUM.

An novitiis sint capaces beneficii secularis, & pensionis? num. 100.  
 Quid de religiosis Societatis IESU, qui sola biennii vota emiserunt? num. 101.  
 Quid de militibus commendatariis? Refertur quadam sententia, num. 102.  
 Sententia auctoris, num. 103.  
 Post numerum 103. invenies alia summaria.

100 Quarta quaestio est. Qui comprehendatur nomine religiosiorum, ut incapaces sunt beneficii secularis, & pensionis. Et quidem si de novitiis religionis agamus, satis dictum est supra, ubi an vacet tyronis beneficium.

101 De religiosis autem Societatis IESU, qui etiam sola vota biennii emiserant, non potest esse dubium, quin etiam sint incapaces beneficii secularis, & pensiones obtineant, instar aliorum religiosorum: quia etsi solis votis simplicibus adstricti sint, non sunt tamen minus religiosi, quam professi cuicumque religionis. At prohibitio omnes religiosos comprehendit. Utrum autem possint habere beneficium curatum, cuius alii religiosi sunt capaces, diximus numero 36. & utrum beneficia, vel pensiones, quae antea habebant, vacent iis, votis diximus num. 3.

102 De militibus autem commendatariis sancti Jacobi Alicantarum, Calatravam, D. Joannis, & aliis huiusmodi militibus difficultas est. Navar. lib. 3. consilium, tit. de regularibus, in 1. editionis consil. 27. num. 9. in solutione ad 2. in 2. consil. 10. num. 9. eadem solutione ad 2. clare supponit hos omnes esse incapaces beneficii secularis, & pensionis, sicut alios religiosos. Idem supponunt Mandatos de legaturis gratia rituali, dispensatio novitiis, pro ordinandis beneficiis, in his. Manuel, questionum regularium tom. 1. quae. 34. art. 5. dicunt enim his non solent concedi dispensationem ad obtinenda beneficia secularia, seu regularia alterius ordinis: & Gambarda de officio, & potestate legati l. 6. num. 244. refert haec dicta in Rota majorem partem in ea fuisse sententia, ut equites Divi Joannis sint pensionis incapaces. Ratio autem est, quia hi omnes sunt religiosi, & maxime milites D. Joannis, cum tria vota solemniter instar aliorum religiosorum emittant. Et Gonzalez in reg. 3. Cancellariae glosa 8. num. 42. dicit non posse religiosis S. Joannis conferri beneficia secularia, & citat Lambertinum de jurapatronatus 2. part. l. 1. qu. 7. art. 5. & 6.

103 Caeterum exitimo, hos omnes esse capaces beneficii secularis, & pensionis, nec prohibitionem de his intelligi. Ducor, quia, etsi religiosi sint, non omnino mutant statum, & retinent proprios redditus. Atque ita loquens de militibus D. Joannis, & de pensione, sive ea sit beneficium, sive quid temporale, docet Gambarda eodem l. 6. in 2. 265. & refert n. 254. in illa consultatione Rota aliquos fuisse hujus sententiae: de consilio ad 2. in 2. consilium moralium l. 13. cap. 3. qu. 2. ad finem, ait, eos qui tria substantialia religionis vota emittunt, sed paupertatis ita laxa, ut juxta haec regulae professionem propriam habere possit, esse capaces beneficii secularis, & pensionis.

SUMMARIUM.

Beneficium aliud perpetuum, aliud manuale. Beneficia secularia sunt committitur perpetua, & raro manualia: de contra autem de beneficiis regularibus? num. 104.

An in impetratione beneficii regularis, aut secularis, ut valida sit, oporteat, exprimerere, an id sit manuale, aut perpetuum? num. 105.

Beneficium manuale an sit proprium beneficium, & comprehendatur sub Pontificia beneficiorum reservatione, vel concessio alicui beneficii? num. 106.

An beneficia manualia, vacent superiori revocante, aut per mortem?

tem possidentis? num. 107.  
 Beneficia manualia quando sunt collativa, & quando electiva, & an possint a solo Abbate absque conventu conferri? numero 108.

Quotupliciter beneficium, & pensio, seu peculium possit a monacho possideri? num. 109.

An quando haec concessio Abbatis absque ulla Pontificis confirmatione possidentur a religiosis, possit ab Episcopo nulla causa ad nutum Abbatis auferri? Proponitur probans in partem negativam? num. 110.

Explicatur sententia Auctoris? num. 111.  
 Quid si collata sunt ab Abbate cum conventu? num. 112.

An haec concessio morte concedentis absque alia revocatione, & quid si essent concessa ad beneplacitum? num. 113.

An regularis possit jurari regula deterrimentali, ne possit ab Abbate spoliarum? num. 114.  
 An possit petere restitutionem, si ab Abbate, aut ab alio spoliatus? num. 115.

Cur religiosi dicantur iure administrationis, & tamquam sibi committuntur obviare beneficia regularia, num. 116.  
 An consuetudine induci possit, ut beneficia regularia sint perpetua, si ut abbas non possit ignominiam revocare? num. 117.

Quid si illa beneficia regularia sint electiva? num. 118.  
 Quid si non sunt pleno jure subjecta Abbati? num. 119.  
 Quid si id beneficium regulari sit curatum? num. 120.  
 Quid si consecratum regulari tamquam seculari? num. 121.

Quid si id beneficium sit ex se perpetuum? num. 122.  
 Quoties est perpetuum, datur restitutio contra Abbatem spoliatum? num. 123.

An quando Abbas concessit monacho beneficium manuale, aut peculium pro toto tempore vitae, possit ad libitum revocare? num. 124.  
 Quid si promissit non revocare? num. 125.  
 Quid si promissum iurjurando stabilitum? num. 126.

Quid si est statutum Abbati cum conventu, ut non revocetur, vel ut a solo Abbate non revocetur, & an Abbas eo statuto legari possit? num. 127.

Quid si paraverunt et statuto addatur? num. 128.  
 Quid si ea beneficii, aut peculii concessio confirmetur a Pontifice? Refertur quadam sententia, num. 129.

Sententia auctoris, num. 130.  
 Alia remissio circa hanc confirmationem? num. 131.

Quando Pontifex conferit beneficium, aut peculium iure devolutum ad ipsum ob Abbati negligentiam, an integrum sit Abbati ad nutum revocare? Refertur quadam sententia, num. 132.

Sententia auctoris, num. 133.  
 Quid quando non iure devolutum, sed propria potestate? Refertur duplex sententia, num. 134. & 135.

Sententia auctoris, num. 136.  
 An hoc salubri sit monachis S. Benedicti? num. 137.  
 Quid si Papa conferat beneficium expressis, dicens, ut duret toto tempore vitae? num. 138.

Quid si institutio, aut confirmationi illi supervevant novum delictum, revocatione dignum, aut novae justae revocandi causa? num. 139.

Quid si Pontifex beneficium manuale conferat clerico seculari? num. 140.

An beneficium manuale collatum perpetuum, redeat ad primitivam manualis naturam, postquam vacaverit? num. 141.

An regularis, cui beneficium manuale collatum est, aut confirmatum a Papa ex certa scientia, spontanea opinio exemptus ab Abbatis obedientia in religio? num. 142.

An sufficiat confirmatio, aut collatio beneficii illius manualis facta a Pontifice motu proprio, ut revocari nequeat ad nutum Abbatis? num. 143.

Quando dicitur haec fieri ex certa scientia Pontificis, ac in dubio, cui onus probandi incumbat? num. 144.

Post numerum 144. invenies reliqua summaria, quae desiderantur.

104 Quaesitio quinta. An beneficium, vel pensio semel Regulari legitime collata possit ei per Abbatem suum auferri. Ut clarè procedamus, praemittenda sunt aliqua. Primum praemittendum est, beneficia in duplici esse collata, nequeant auferri, nisi ex legitima causa. Quaedam autem dicuntur manualia, quia possunt ad votum conferentis auferri, & ideo non dicuntur perpetua. Hoc autem est discrimen inter beneficia secularia, & regularia, quod illa sunt suapte natura, & regulariter perpetua, c. praecipua disp. 35. cap. veniens, cum ibi notatis, de filiis praedicatorum. Haec autem suapte natura, & regulariter manualia, quod ad sui Praelecti nutum possunt auferri, ut dicemus numero 111. Atque ita optime docent Rebuffus de pacificis possessoriis numero 279. Castadornus dec. 4. num. 2. & 3. de praebendis. Serva beneficiorum 3. part. quae. 67. num. 1. Navar. comm. 4. de regular. num. 25. vers. 3. Azor. tom. 2. institut. moral. lib. 3. cap. 29. quae. 15. & 16. qui hac quae. 16. bene ait, quandoque beneficia secularia esse praeter sui naturam manualia, & ad votum conferentis revocabilia. Quod idem supponunt Rebuffus, & Castadornus, in eo quod ex ipsis referemus numer. sequenti. Et è contra quandoque regularia sunt perpetua, ut supponunt idem Rebuffus, & Castadornus.

105 Hinc deducitur, in impetratione unionis beneficii, vel in titulum, aut commendam regularis manualis non esse opus exprimerere Pontifici id manuale esse, locus autem beneficii esse faculare, & manuale: elect enim imperatoris subrepticia, si non exprimeretur id manuale esse. Ratio est, quia, numero 14. de respectis, non oportet exprimerere Pontifici qualitates, quae iure communi beneficii insunt; sed illas solas, quae de facto ratione concluduntur, vel alia ratione inintus; quod ea, quae sunt iuris, non praefundantur latere Pontificem, sed ea sola, quae sunt facti, capitulo. 1. de constitutionibus, in 6. Cum ergo iure communi beneficia regularia sint manualia, & beneficia facularia perpetua, non oportet has qualitates exprimerere: oportet autem, si beneficium faculare esset manuale, cum ea qualitas non de iure insit. Atque ita docent Rebuffus de pacificis possessoriis, numero 279. & 282. Bassadornus dec. 4. de praebendis, per totam. Similiter fit beneficium regulare sit perpetuum, oportet in impetratione, ut valida sit, eam qualitatem exprimerere, ut bene ait Castadornus dec. 4. numero 3. & constat eadem ratione, quia illa qualitas est praeter jus.

106 Sed quaerens, an manuale beneficium sit propriè verè beneficium, Azor. tom. 4. institutionum moralium lib. 3. capitulo. 26. quae. 12. fulmine esse verè, & propriè beneficium ecclesiasticum, quod caetera habeat beneficii convenientia, praeter id, quod esse posse ad nutum revocari: nec natura beneficii perit id esse omnino perpetuum, & ad nutum irrevocabile, sed factus est, ne ad certum tempus conferatur. Sed verius est, non esse propriè beneficium, quod natura beneficii propriè, & simpliciter est, ut sit perpetuum. Atque ita docent Calderinus consil. 26. num. unic. de praebendis, Ludovicus Gomez tit. de gratia expectativarum, numer. 94. Staphyleus de literis gratia, tract. de fornicis expectativarum, in nova forma, numero 29. Manuel questionum regularium tom. 1. quae. 14. art. 2. Anastasius Germanus de indultibus Cardinalium §. regularia numero 40. Ex quo inferunt Calderinus, Ludovicus Gomez, Staphyleus ibidem, in reservationibus beneficiorum, quas facit Pontifex, non claudi beneficia manualia, quod sola censetur reservare, quae verè, & propriè beneficia dicuntur. Similiter inferunt Staphyleus, & Ludovicus Lopez ibidem. Secularium imperantur beneficium a Pontifice, non possit virtute huius gratiae obtinere beneficium manuale, quamvis in faculare esset, quia non est propriè beneficium.

107 Vacant autem huiusmodi beneficia manualia, quoties Superior revocat collationem, ut docent Federicus tractatu permutatium quae. 16. item per mortem possidentis, ut docet Glossa Clementina 2. verb. per electionem, de respectis, & utramque docet Molin in suo repertorio verb. beneficium, numero 9. versis. beneficia manualia licet ad nutum.

108 Secundo supponendum est, beneficia regularia esse duplicia, quaedam collativa, quaedam electiva. Collativa dicuntur, quae instar secularium conferuntur auctoritate Superioris: electiva autem, quae per electionem canonice collata inferuntur conferuntur, accedente Praelecti confirmatione. Quod bene docet Azor. tom. 1. institutionum manualium lib. 4. de electionibus quae. 1. quae. 9. disputat, an quando collativa sunt, pertineat collatio ad solum Abbatem, an potius ad ipsum cum conventu; & duas refert opiniones: alteram insistentem ad solum Abbatem pertinere; alteram autem ad Abbatem, & conventum, quam dicit esse veriorum; & refert Doctores utriusque sententiae, sed minus legitime, quia non tractant de promotione ad beneficium, sed de admissione ad professionem, de qua re nos egimus libro 3. c. 4. num. 65. Et ideo censeo standum esse statutis & consuetudinibus cusum sibi religionis: ubi autem de his non constaret, dicendum esse idem, quod diximus de admissione ad professionem, scilicet, eam de jure pertinere ad Abbatem cum consensu majoris partis conventus, ut ibidem probavimus.

109 Ultimò supponendum est, beneficium, & pensionem aliquam seu peculium posse tripliciter a monacho possideri. Primum ex sola sui Abbatis concessione. Secundo, ex concessione Abbatis, accedente Romani Pontificis confirmatione. Ultimò, ex collatione ipsiusmet Pontificis. De quibus tribus modis est seorsum triplex difficultas agitanda.

110 Prima ergo difficultas est, an cum beneficium regulare conferat a Praelecto, aut pensio aliqua, seu peculium Regulari, possint ab Episcopo aliqua justa causa ad solum concedentis nutum revocari? Videtur enim parva negans probari ex c. cum ad monasterium versis, tales autem, de statu monach. ibi; nec aliquid committitur aliqua obedientia perpetuè possidenda, & tamquam in sua sui vita locetur, sed eam oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur, & Clement. unic. §. permissa, de supplicanda neglig. Praelect. ibi; libere possunt ad claustrum, cum oportuerit, revocari. In quibus locis non datur Praelecto libera revocandi potestas, sed cum oportuerit; quod verbum non liberam facultatem importat, sed prudens arbitrium. Atque ita hanc partem tuetur Glossa, ut illam refert Molina num. 59. allegans.

111 Caeterum dicendum est nullam tunc exigi causam, sed posse ad libitum Abbatis revocari. Quod constat ex illis verbis d. c. cum ad monasterium, perperuo possidenda; nam quod nequit abique legitima causa auferri, dicitur omnino perpetuum, beneficia enim facularia, quae perpetua sunt, possunt etiam ex causa legitima auferri: & verbum (oportet) in utroque textu positum solum bonetatem importat. Et ideo hanc partem insistent Glossa Clem. 2. verb. per electionem, de respectis Lap. allegatiore 26. in fin. Federicus tom. confilio 134. Abbas c. fin. num. 6. de praebendis Clem. unic. §. promissa n. 4. opposit. unic. & ibi Molina n. 44. Bonifacius num. 2. idem Cardin. c. ad nostram, in fin. de confirmatione utilis, & ibi Decius in nova edit. n. 33. c. c. edoceri, 18. de respectis. Bellamira c. porreca n. 6. qu. 4. de confirmat. utilis, Felinus c. per tuas, n. 4. de maior. & obed. Molin in suo repertorio, verb. beneficium n. 9. versis. beneficia manualia licet per Episcopum Sello beneficium 3. qu. 68. num. 1. Rebuffus de pacificis possessoriis, num. 273. Ludovicus Gomez tract. de grat. expectativarum n. 94. Staphyleus de lit. grat. tract. de fornicis expectativarum in 9. forma n. 29. Navar. comm. 4. n. 22. versis. ex quibus factis de regular. & 9. 23. vers. 4. & lib. 3. con. in 1. edit. tit. de regular. conf. 20. n. 12. in tit. de statu monach. conf. 14. n. 12. Leonard. lib. 12. de justit. c. 31. dist. 12. num. 98. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 3. c. 9. qu. 8. & c. 22. qu. 10. & tom. 2. lib. 3. c. 26. qu. 2. 13. & Manuel qu. 11. regular. tom. 2. qu. 34. art. 2. & omnes Doctores, quos infra referemus, qui petunt confirmationem, aut collationem Pontificiam ex certa scientia, ut hanc facultas denegetur Praelecto.

112 Quod est verum, quamvis collatio spectet ad Abbatem, & conventum, itaque necellaria Episcopi confirmatio: potest enim solum Abbas revocare, quia non mutatur natura beneficii. Sic late probat Federicus toto 10. conf. 134. & loquens de peculio concessio per Praelectum cum conventu, tenet Decius c. edoceri, in nova editione num. 18. de respectis.

113 Quamvis autem possint haec ad Abbatis nutum revocari, non censentur revocata per Abbatis mortem, sed opus est revocatione: quia per solum mortem revocationem non inducitur c. si delegatis §. de offic. deleg. in 6. & notat Bar. l. mors, num. 17. §. de iurisdic. omnium iudicum; eam tradens rationem quod, revocato contrarium priori voluntatem petat. At praesertim quis non expresse revocans decedere in priori voluntate c. majoris, de baptisim. Et imo ita docent Abbas c. fin. in 6. de praebendis, Decius c. ad nostram, ad fin. de confirmat. utilis, Felinus c. per tuas num. 4. de maior. & obed. Rebuffus de pacificis possessoriis, num. 274. Nec secus autem esset concessio esset ad beneficium Abbatis: quippe beneficium exspirat morte concedentis c. si gratia de respectis in 6. ac proinde concessio haec tunc expiraret. Atque ita docent Abbas ibidem & Joan. Andr. c. porreca n. 31. de confirmat. utilis.

114 Ex hac sententia deducitur primò Regularem non posse iuvare pacifica possessione trienniali tituli beneficii, ne molestari possit, juxta regul. de trienniali, cuius meminimus ad num. 26. usque ad 91, quod non molestetur ab Abbate revocante collationem defectu legitimi tituli; in quo eadem procedit regula de trienniali; sed quia electio beneficiorum regularium natura, ut possint ad nutum superioris revocari. Et ita docent Rebuffus de pacificis possessoriis n. 274. Anastasius Germanus de indultibus Cardinal. §. regularia beneficia n. 37.

115 Secundo deducitur, spoliatum Regularem huiusmodi beneficiis ab Abbate absque iusta causa, non posse agere de possessore contra illum petendo se ad primitivam possessionem restitui: quia Abbas spoliando nullam irrogavit injuriam, sed usus est iure suo. Sic Baldus l. cum affirmes §. fin. C. de liberali causa Fel. c. per tuas num. 4. de maior. & obedientia Rebuffus de pacificis possessoriis, num. 274. Nav. comm. 2. num. 65. vers. addo 8. de regul. & lib. 3. conf. in 1. edit. tit. de regular. conf. 20. num. 12. in 2. tit. de statu monach. conf. 14. num. 11. Anastasius Germanus de §. regularia beneficia numer. 50. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 12. c. 11. qu. 9. Quod si revocaretur ex malitia, ut ratione mali animi, & possit utique implorare officium superioris, & impedire huius revocationis effectum, ut bene docent Innocent. cap. fin. num. 3. de officio ordinar. in 6. & ibi Joannes Andreas num. 2. Dominicus in prin. num. 9. Franconius in prin. num. 3. Card. Clemen. unic. §. permissa num. 4. opposit. unic. de suspensam negligentia Praelect. & ibi Bonifacius num. 3. Inola num. 44. Bellamira c. porreca num. 6. qu. 4. de confirmat. utilis. Molin in repertorio verb. religiosus n. 4. vers. religiosi si sunt manualis, serva beneficiorum 2. qu. 68. num. 3. Rebuffus num. 275. Navar. utroque loco, Anastasius Germanus, & Azor. proxime allegati, Leonard. lib. 2. de justit. c. 4. dist. 12. num. 98. Minus tamen bene dicit Molin ibidem posse hoc officium implorare, quando spoliatus est sine causa, aut eo evidenti malitia; minus citam bene dicit Manuel 99. regular. tom. 1. qu. 34. art. 2. posse officium implorare, quando ab Episcopo causa spoliatus, quia, ut diximus, id solum potest, quando ob malum animum, Praesumentur autem (ut optime ait Navar. eo comm. 2. n. 65. vers. addo octavo) is malus animus, quando Praelectus accusatus.

facus à Regulari, vel dum contra eum inquitur ad in-

116 Tertio deditur, religioſiſi dicitur, & ratione

117 Quarto deditur, quavis conſuetudo memoria

118 Hæc tamen ſententia, ut Regularis poſſit ad

119 Secundo limitatur, quando beneficium id regula-

120 Tertio limitatur, niſi id beneficium regulare fit

121 Quarto limitatur, quando præſcripto beneficio

122 Ultimo limitatur, niſi beneficium id regulare non

123 Atque in omnibus hiſ eventibus diſtis, & dicen-

124 Sed ſpecialiter dubitatur, niſi Abbas concedat

125 Sed major difficultas eſt, ſi Abbas promiſit

126 Sed quid ſi Abbas promiſionem illam non

127 Dubitant amplius Doctores, quid ſi Abbas cum

128 Secunda difficultas eſt, an ſi conceſſioni ejus

129 Secunda difficultas eſt, an ſi conceſſioni ejus

130 Sed præcedens ſententia, ut vera ſit, limitanda

131 Alia autem communia confirmationi, & collationi

132 Ultima difficultas eſt, quando Pontifex ipſe

133 At dicendum eſt, nullatenus alterari naturam

134 Fallit hoc in religioſis, de quibus eſt hodie

135 Secunda ſententia abſolute docet, non poſſe

136 Tertio deditur, quavis conſuetudo memoria

137 Quarto deditur, quavis conſuetudo memoria

138 Hæc tamen ſententia, ut Regularis poſſit ad

139 Secundo limitatur, quando beneficium id regula-

140 Tertio limitatur, niſi id beneficium regulare fit

141 Quarto limitatur, quando præſcripto beneficio

142 Ultimo limitatur, niſi beneficium id regulare non